



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Expressa ex D. Gregorij, Philonis, & aliorum sensibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

enim minimis enucleandum.

Quod si alicuius diei celebratatem, & mysterium commendemus peculiare, ut Christi natalem, resurrectionem, ascensionem; gratulabimur orbi terrarum, ob commune donum, & insigne erga nos Dei beneficium rem magna veneratione dignitate aperiemus: illustrabimus ab adiunctis, à simili, à comparatione minorum, ab exemplis. Postremo, adhibebimus facies, quae auditores in Dei amorem inflammet. Nunc grauiorum aurorum breves aliquot, & sculptas Dei laudationes, vel potius descriptions videamus.

D E V. S.

Expressus ex D. Gregorij, Philonis, & aliorum sensibus.

*Deiencomi-
um & de-
scriptio.*

Deus est (auditores) Deus est, ecquis non malit hic obstupescere, quam loqui? vos appello, purissimi animatum cactus, qui beatas illas sedes æternis syderibus illuminatas incolitis, nō minus in æternitate felices, quam in felicitate æterni: quoties in hoc speculum oculos desigitis, toties conniugetis splendore lucis obruti, & pennas ori prætentitis, vt radios veluti per nubem emisso ex cipiat: quos aliter sustinere non potestis. Quid igitur nos vilissimos homunciones facere oportet? quoties de hoc æternæ mentis numime cogitabimus? latebras profectò suæ fibi gloriae densissimas tenebras ossifit, quas cum animus perrumpere conatur, opprimitur magis, quam luce: mentem quippe Deus illuminat, & mentis celeritatem præteruolat, pectus accedit, nec pectoris angustijs capit, quantumcumque percipitur, tantudem subripitur, suaque fuga cruciat, & illestat amatores: Deinde queris, homule, qualis Deus sit? qualem verò tibi mente, ac cogitatione depingis? corpus (opinor) excellenti partium venustate, & compositione confurgens, caue sis, ab omni concretione mortali solutus est: pedes illi dabis? quales signos: quorsum? vt incredibili celeritate hæc, & illa loca collustreret, at implet omnia: manus illi tribues? quas? amplissimas: cur ita? vt accipiat, & donet quam largissime? sed à nemine accipit, qui omnium bonorum munificencie delicijs circumfluit, donat verò non manuibus, sed munificentia: qua mundum ipsum tanisficensia magnifico partium omnium apparatu, & tam manu Dei rerum omnium suppellectile nobilitauit:

*Deus non
est corpus.*

Dei manus

munificencia; & manus, sed munificentia: qua mundum ipsum tanisficensia magnifico partium omnium apparatu, & tam manu Dei rerum omnium suppellectile nobilitauit:

oculos assignabitis? quos? celeres, flâmeos, vobiles, latè spectantes omnia, obscura quæque tenebrarum acerrima visus acie penetrantes at ipse totus oculus est.

Venit tunc in describendo aliquem modum oporet.

Pulchrum igitur Deum dices, & sapientem, & fortē, nō errabis; est enim sapientia, & fortitudinis exemplar: non quidem sapiens, & fortis Angelus, sed vnde sapientia, & robur in Angeles, & homines emanat. Non pulchrum pratum est, non pulcher annis, pulchrum mare, pulchrum erat cœlum, sed vnde prata, & annes, & mare, & cœlum. *Dewfini* plumbum, cœlestesque animæ pulchritudinem *pulchritudinem* decerpunt: inde enim, tanquam ex perenni, *dissu*, purissimoque fonte ad nos visque delabitur, tantumque decoris aut firmatis, aut salutis, rebus singulis inest: quæcum ab eius copia resperguntur: ex quo, si nihil haerent, continuo turpes, disolutæ, corruptæque cōtabescunt.

Itaque in illo felicitatis solio collocatus, placidissime regit omnia, & fatorū serię admirabili prouidentia dispensat: quod si quando terrorem inimicis pectorū medullis incuit, quis ad eius speciem non perhorrebit? hunc aures per cœlum volitantes, sparsæ per dumera bellugæ, & immania procarum corpora, maris fluctibus obruta pertimescent. Gradit autem insigni maiestate, Cherubinis infidels, & celeri ventorum turbine circumquaque rapiunt, sexcenta consequuntur curvum millia, iu quibus ignea cohortes Angelorum copiosa *Sol umbra* luce circumfusa radiant: Sol tanti, tamque *Dii* stupendi nominis umbra, potius quam effigies, ad eius nomen expausevit, adamantina cœli portæ contremiscunt, intendunt sciamæ unbes, & lucido horrore totum hoc spatiū circumuestiunt, mugunt interim tonitruum fragores, scintillant fulgura, volitât procelles, ruunt fulmina, immixtique grandini rutili carbones depluant: hinc discedit cœlum, habet terrarum latebras, terrore perfusi manes mortuorum regem sentiunt, qui uno temporis momento sexcentos mundos condere, cōditosq; vel tenuissimo halitu difflare potest.

Legendus D. Dionysius Areopagita, cap. 4. cœlest. Hierach. & cap. 4. de diuinis nominibus, ubi de bonitate, pulchritudine, suavitate Dei infinita reperiuntur. Videndum item Tertull. de Trinitate, Trismegistus, Theodororus, Syncrus.

Ex